



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XX. De insolita piscatura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

*De insolita Piscatura.*

## CAPVT XX.

**R**æter hanc autem spiritualis lætitiae occasionem, *Edit. Canis.*  
diuina bonitas illi ciuitati etiâ de inopinato-cor-  
porale commodum exhibuit. Nam immensa mo-  
lis ac magnitudinis rombonem circa portus &  
naues se ostentantem, piscatorum manus ad littus eiecit in  
mense Augusto, cum tamen in locis illis, capture talis non ni-  
si vernali tempore occurrat; ex cuius carnibus ac pinguedine  
omnes ciues capiunt, & Episcopo, cuius meritis hoc munus  
adscribebant, plus quam absumere cum omnibus suis pos-  
sent, appontant.

*De incisione nucea arboris, & periculo  
Episcopi.*

## CAPVT XXI.

**V**eruntamen lætis euentibus tentatio non defuit. *Sepidus.*  
Nam cum delendis & extirpandis fanis idolo- *Edit. Canis.*  
rum & sacris diligentius insisteret Episcopus, et *cap. 20.*  
iam arborem Nucis mirande pulcritudinis idolo *Lata misericordia.*  
dicatam, ne scandalo esset rudibus, volebat incidere. Vicini *tur aduersit.*  
autem, qui ymbra eius & amoenitate sapienti delestat, fuerant,  
ne incideret eam, rogabant. Porro agri possessor vehementius irasci atque indignari coepit, aliisque modestè agentibus, *Obstat ne nux  
incidatur. Admodum solen-*  
hic minis & clamoribus longius assilens furorem euomuit. *ne erat Eihm-*  
Itaque quasi paululum furore sopito, silenter a tergo accedit, *et grandes frô-*  
nulloque sperante, securim bellicam utrisque manibus leuans, *dojas & arbores*  
caput Episcopi ferire natus est. Sed illo præsentiente, atque in *sus arbores nu-*  
partem se rapiente, bipennis, cassio vulnere, in trabem pontis, *minum instar*  
iuxta quem stabant, perlata est tam fortiter, ut a feriente redu- *clore. De quo*  
cinon posset. Accurrunt omnes, comprehendunt, trahunt, *Eide Serarium*  
*lib. 3. Rer. Ma-*  
*gust. Notat. 19.*